



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XCV. Differentia 21. Iure civili non permittitur viro uxorem verberare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

DIFFERENTIA 21.

Iure civili non permittitur viro uxorem verberare. *l. Consensu C. de repud. corrigere tamen potest. c. si quid alteri 7. Q. 1.* At Iure Canonico clericis est permiffum uxores suas custodire, ligare, ad ieiunia falutaria cogere. *c. placuit, ut si 33. Q. 2. Bartol. 94.*

L Ex citata de repud. non de omnibus, sed ingenuis tantum loquitur: in vilibus perlonis ac protervis duriolem castigationem permittere videtur. Ex Romuli lege inquit, si quid uxor peccasset, de illo cognati cum marito cognoscabant, & puniebant. An semper citra fustigationem? Nulli homini danda est misericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda est. *c. duo ista 23. Q. 4. Tholos. l. n. c. 4. Alciat. in reg. 1. Presumpt. 3. n. 3.* ubi maritum baculo percutientem dicit criminaliter non esse puniendum, quia ex tantâ coniunctione præsumitur illa percussio facta animo corrigendi; non autem dolosè, nisi atrocitas vulneris aliud induceret s. *Atrox. Instit. de iniur.* Quod etiam Guido papa approbat in *Traët. de presump.*

II. Quod sacros Canones attinet, in *c. Placuit* præcipitur, ut clerici uxores suas, quando peccarunt, non occidant, sed custodiant, ne de cetero habeant impunitatem peccandi, macerando eas verberibus, & fame; cum illis non comedant, nisi prius verè poeniteant. Nam si

quis uxorem suam verberarit, ait *Glossa*, nisi in causis lege expressis, in penam dabit tertiam partem donationis, quam dedit propter nuptias. *Auth. ut liceat matri & uia. s. si quis autem. Coll. 8.* Si autem dona non dedit, punitur in quarta parte totius substantiæ suæ, si ea non excedit 300. aureos. Si verò excedit, dabit 100. aureos *l. fin. C. De repud.* Sed nunquid Laicus idem potest de uxore sua? Dico, quòd non, quia non inuenio expressum, castigare tamen potest eam. *c. sicut alterius 7. Q. 1.* Causa datur in *cit. l. Consensu.* quia id alienum est ab ingenuis: sed quia est de familia sua, castigare potest, sicut dominus seruum, non autem in forma iudicii, quia nullus sibi, aut suis jus dicere potest. *l. 10. ff. De iurisd. om. iud. v. Soto l. 5. De iust. c. 2. ar. 2. Silu. v. Vxor. Zerol. eod. n. 2. Tolaf l. II. c. 4. n. 15. & Barbof. cum aliis in c. Quemad.*

De iureiur.

* *
* *

Antinomia

O

DIF-